



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

G. XX. 29

XXII. A.

4842/A

Ka. a.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

41530

LVDOVICI PASINI PHYSICI PATAVINI,

DE PESTILENTIA Patauina Anno 1555.

A. Francesco Pasini



PATAVII.
Apud Gratiosum Perchacinum.
M D LVI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

LVDOVICVS PASINVS Physicus magnificentiss. Petro Mauroceno, & Vincentio Dedo Paduæ Rectoribus iustissimis S. D.



ECVM sæpe ipse cogitans, cui potissimum has uigilias nostras dicem, quem Mecœnatem implorem. Intonuit uox de Cœlo. Siste. Cicero ille nobis scriptum reliquit. Et cui multum debemus, fas esse illi plurimum uelle debere. Duo namq; Paduæ Iustitiæ fulgora, duo Emisperij luminaria, Petrus Maurocenus, ac Vincentius Dedus primam in Antenorea urbe tenentes sedem, eam ipsam à fame, bello, necnon dira pestilentia præseruãtes, nullis uigilijs, nullis laboribus die, noctuq; parcentes, quo fit ut ad tales tantosq; Censores confugias, in eorumq; sinu libellũ reponas, quoniam se-

rena fronte eum recipient, sicuti tanto-
rum Senatorum innata uirtus expostu
lat, boniq; cōsulentes forsitan etiam ap
plaudentes rotundo ore dicere pote-
runt. Si quæsita secundum fenestratum
cor suum elucescant, solutaq; aliqua in
parte sint. Hæc ubi dicta dedit cœlestis
uox, tendens ad sydera palmas dixi. O
terq; quaterq; beatum. Nunc scio uere
diuinā Phœbi uocem intonuisse, ut exco
gitata nostra felicem sortiātur effectū.
Ad uos igitur terrestria numina cō
fugimus, opusculū adeo tenue porrigē
tes, ut illud Senatoria sua maiestate tu
eantur. Quapropter mi libelle pāde ue
la, ac in tutißimū portū Patauinæ ciui
tatis illustriū protectorū aduola, mani
busq; summa cum humilitate deoscula-
tis, te auctoremq; tuum suis serenitati-
bus commendes uelim. Valete.

DVBIA DEMANDATA EXcellenti Ioanni Andreæ Mantuæ ſacratiſſ. Collegii Antenorei Priori dignisſimo, Anno 1555. Menſe Iul. (ſicuti creditur, à Sapientisſimis Sanitatis conſeruatoribus) hic fideliter annotata, ſtudioſe lector tua innata vrbanitate perlege.

QVæſita cognitu difficilia, cura verò difficiliora, diſcutiēda proponuntur.

1 

TRVM peſtifer morbus anni M D LV. qui in Menſe Iunio Paduę incepit, & ad hoc vſque tempus procedit, ſcilicet, de Menſe Septembr. Vtrum inquam talis morbus ex contactu tantum proceſſerit, an aliam cauſam habeat à ſuperioribus, & ſit Epidimia.

2 VTrum febres illæ peſtilentiales cum maculis, quæ vernacula lingua nuncupantur Petecchie, ſint contagioſe, & fugiendæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

3 QVibus cautionibus, auxiliisq; familiares & astantes præseruari ab huiuscemodi morbo omnino possint.

4 QVibus iudiciis consimiles contagiosæ ægritudines à principio iudicari, & post obitũ suspectæ haberi possint.

AD hæc, sapientes Medici antiqui respõdent, & nos cum illis, sicuti boni discipuli. In primis Dei Optimi Maximi numine implorato, à quo omnia, quę cœlo tegũtur, & supra Lunæ spheram sunt infinita sua prouidentia gubernantur, in arenam descendentes dicimus.

Quod Pestilentia, & Epidimia secundum propositum quæsitum, quod tale est. Vtrum morbus iste proueniat ex contactu tantum, an habeat aliam causam à superioribus .s. & sit Epidimia. Sciendũ est, quòd Pestilentia ex vi vocabuli, dicitur à pascendo. Et in rei veritate ita est, quoniam humana depascit corpora atq; ea interficit, cum qua semper est annexa ,, febris, extra quieta intus verò turbulen ,, ta, vt plurimũ perdens, vt dicebat Princeps Auicenna, à qua oritur apostema, vocatum Altoin, Bubo, vel Pruna. Epidimia autem rectè loquendo, minus sęua

eſt quàm Peſtilentia: quippe tutius ſana tur Epidimia, quàm Peſtilentia. Dicitur enim Epidimia ab epi quòd eſt ſupra, & demi quòd eſt data, quaſi deſuper data. Et ſub hac Impetigines, Variolas, Morbilos, Pleureſes, & alia huiuſcemodi, col locare fas erit, quę ſi à ſapienti Medico rectè curentur quamplurimi id genus morbi patientes euadent, & valentiores reddentur.

AD primam igitur partem primi quęſiti reſpondentes. Nunquid morbus iſte ex cōtactu ſolo proceſſerit, an aliam cauſam habeat à ſuperioribus, & ſit Epidimia. Quo ad primam partem quęſiti dicitur. Quòd Peſtis, quæ Paduæ eſt Anno pręſenti M D LV. à tota ſpetie ſapit naturam contactus tantum. Et hęc ſit prima concluſio, quam ſic probo. Nemini enim domus ſua magis eſt nota, quàm toti noſtrę ciuitati, vnde originem hoc peſtiferum ſemen habuerit, & quomodo per contactum conualuerit, tanquam à cauſa procatartica, ideſt primitiua, quæ eſt à Curtiuetto de Rido, à Menſe Iunio ad præſentem Octobr. Menſem vſque, quod vtinam tunc combuſtum & deletum fuiſſet. Et ſi quilibet intus & incute diſcurrat, negare non audebit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

morbum hunc sæuum esse ex contractu. Et antequã vlterius procedamus liceat parum vagari. Nulla in Curtiuetto de Rido Pestilentię suspitio inerat, vbi à nobilissima Matrona, qui hæc scribit vocatus est, vt curaret mulierem quandam ægrotã, cuius in aula visis in primis duabus vrinis iugalibus, examinatis accidẽtibus, & præcipuè si aliqua in parte corporis dolorem aliquem sentiret, fuit responsum, in gutture cum tumore. Surdo fabula hæc non fuit enarrata, quare illico conclusum fuit, morbum illum esse pestem, ægrotamq́; prorsus cito perituram quod ita contigit. Et quãuis Physicus sæpe rogatus fuerit, vt ægrotam adire vellet semper negauit. De quo verissimum testimoniũ perhibere possunt Magnificus Eques D. Ludouicus Doctus, ac eius castissima vxor, qui scire cupientes causam, ob quam negaretur medella, eis responsum est. Dubium est de Peste, & vtinam verum non sit, Magnificus Eques tunc admiratus, nunc verò certissimus est, non leue fuisse præsagium, esto quòd mulier nuda non fuerit visa. At omni cum reuerẽtia dictum sit, Dum Bononiæ Carolus Quintus coronam su meret, tunc florebat studium particula-

re

re cum antiquario Magni Achillini, in
„ quo ſcriptum erat. Bononia docet lite-
„ ris aureis, Padua læta gente repleta, ve-
„ rum Padua, alios nutrit ſuos deuorat.
Et in hoc nolo librum Generationis ape
rire, & quo pacto Abraham genuerit
„ Iſaac ſignificare. Veritas .n. odiũ parit.
Suppoſito igitur pro firmo, quòd à con-
tactu ortum habuerit hæc tam dira ęgri
tudo. Et qui hoc negat, neget quoq; ni-
uem albam, & ignẽ calidum, ac pro pœ-
na in Lazarettum trudatur, vt ſuo peri-
culo certior fiat, an ſit Peſtis per conta-
ctum, an influxu cœleſti, vel aere. Ex
quibus dictis de neceſſitate ſequitur hoc
illatum, quòd hæc nõ eſt verè Epidimia,
vt ex ethymologia clarè ellicitur. Epi-
dimia enim importat deſuper data, quòd
ſic probatur deſuper miſſam omnino nõ
eſſe, quia hoc anno non ſunt viſi cœleſtes
ignes, nec Cometę, nec diuerſa reptilia
ex putredine genita multiplicari, nec
ſubterranea animalia ad terrę ſuperficiẽ
fugere, nec aueis proprios nidos cũ ſuis
ouis relinquere, inſtar faciunt vbi ab ae-
re infecto leduntur. Nec anno præſenti,
aut ſuperiori, coniunctum Saturnum cũ
Marte vidimus in domo Virginis, vel
Geminorum, neç Iouem cum Marte, in

ſignis calidis & humidis, ex eo quod Iuppiter calid. & humid. vapores multos à terra attraxerit, quos Mars calid. & ſicc. inflammarit, à qua inflãmatione ſequuta ſit, aeris immutatio ad peſtilentiã. Quippe qui hęc ſigna vtiq; præceſſiſſent ſi Peſtilẽtia eſſet à ſuperioribus, ſeu aeris corruptione, ſed cum ſigna hæc non præceſſerint (vti omnibus notum eſt) neceſſariò concludendum, aerem Patauinũ non eſſe corruptum, verum à ſolo contactu id eueniſſe, nec quis ſanus exiſtens, confidat res Lazareti tractare, ſiue literas ſcriptas à Lazaretiſtis recipere, confidens in ſuis mentitis ſuffumigiis, & longe magis quiſpiam minus confidat cum reſidẽtibus in Lazareto practicare, licet anathamatizẽt, quòd ſuffumigatis veſtibus ſuis, ſecuriſſime poſſunt egredi loca infecta, & cum viris ſanis, pueris, ac puellis commorari. Talibus verbis licentioſis Lazaretiſtarum applaudãt ſtolidi, quos Mercurius cum Muſis non ſanaret, nec Eſculapius, & Apollo. Bene dixero vnũ ac de hoc Teſtor Panaciã, & ſacras Deas, vt in ſuo iureiurando Hypocras teſtabatur. Cæpe tale, aut porrum, hoc in viridario ſuo ſeminent creduli Lazaretiſtæ. In ortulo autem meo porrum, aut cæpe

tale quilibet certo ſciat, quòd minimè traſplantabitur. Verum enim vero neminem lateat multa inopinata incommoda vrbi noſtræ contigiſſe, forte, quia cre dula nimis, at vbi in virga ferrea res acta eſt, contra luem peſtiferam ſeminantes, quam citisſime dira Peſtis ſopita eſt. Sed reor equidem, nec vana fides, id à Deo Optimo Maximo permiſſum, quo clementia, pietas, ac ſanctitas Inuictisſimi Senatus VENETI ſupra ſydera eluceſcat, mediante infinita prouidentia, ac indefeſſa ſollicitudine Antenoreæ vrbis Protectorum Petri Mauroceni, & Vincentii Dedi, qui asſiduis vigiliis ſaluti eis commisſi gregis incumbunt, vt vterque in dulciſſ. ac magnificentiſſ. patriam reuerſus, coram glorioſo Sen. ſuo dicere valeat id, quod Venetorum Sereniſſ. DVX Marcus Barbadicus, æneis tabellis ſcriptum reliquit. Nec minus de Franciſco Venerio nunc Sereniſſ. Duce vbiq; decantabitur, cum inuiolatæ Iuſtitiæ, & ſpecimen ſanctitatis exiſtat. Diſticum Sereniſſimi Barbadici hoc eſt.

Seruaui bello Patriam, morboq;, fameq;,
Iuſtitiam foui, plus dare non potui.

Sed hic dubitabit aliquis, Quid est Pestilentia? & quonam pacto hominem tam cito inficit, ac perimit? Respondetur, quòd Pestis est ægritudo venenosa, cor putrida ac mortifera fulligine inficiens, quæ taliter imprimit, vt patientem cogat cadere, & pauci quos æquus amauit Iuppiter, euadunt. Vlterius, dubitatur, putrida hæc fulligo vnde, & à qua causa nascitur? Respondetur, Quòd ortum habet à vapore aereo venenoso occurrente extrinsecus, intrinsecus conturbante, qui occulta proprietate agens, vt plurimum perdit. Cor enim continuo refrigerio indigẽs, aereo attractu inspiratur, foueturq́, quo fit vt aer infectus putrida fulligine sua agat in ipsum cor, tali impressione, vt humidum radicale cum vitalibus spiritibus in ictu oculi absorbeat.

Et ex hoc correlariè infero, quòd corde sic affecto, vanum est & aquam in mortario tundere. Humorem cuius vis speciei velle euacuare, quoniam putrida fuligo nõ dependet ab humoribus, obid velle humores euacuare. Sũt verba ad Ephesios. Infra autem dicetur quomodo succurrendum sit.

Cæterum hic fortè dubitabit aliquis, inquiens, Particularis aer infectus (vtpu-

ra Lazareti) poſito caſu, quòd ad ipſum aliquis ſanus iret, & inficeretur, Sicuti fecerunt tres illi Relligioſi Scapuceti ſani, zelo charitatis Paduę, Anno 1555. Primitus aer ille infectus alterauit ſpiritus cordis eorum, qui mala qualitate infecti calorem naturalem ſuum mutarunt in igneum in corde, vt dicebat Gale. & ab eo procedentes per arterias, & venas in totum corpus, febrem cauſant, ſecundum Auicennam.

Quæritur modo cuius ſpeciei ſit febris hęc primitus, & nemini dubium, quòd iudicio omnium ſapientum in ſpecie ephemerarum reponetur. Quippe qui ſpiritus immediate igniuntur, & extraneantur taliter, vt neceſſum ſit cor febrem incurrere. Et quia ſanguis extra venas in ſolo corde continetur, vt clare patet ex „ anathome. Quam Gal. alphabetum Medicorum appellauit. Talis inquam ſanguis in corde exiſtens ad putredinem extraneatur propter contactum ſpirituum corruptorum, quandoquidem quod tan„ gitur à putrido, putrefit, dixit Ariſtot. „ Et licet ſanguis ſit filius dilectus Natu„ ræ, Vitæ theſaurus, ac pro theſauro ſemper recondatur ſecundum Auic. quarta primi. Vbi tamen corrumpitur, eficitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

deterior omnium humorum. Propterea quia totam humoralem massam corrumpit. Humorali autem massa corrupta ad intra venas, & si causet febrem cõtinuã. Cum hoc tamen stat, quòd si patiens est complexionis cholerice, proculdubio bilis predominanter peccabit. Et sic de tertio in tertium patiens excrescentiam patietur. Quo fit vt febris pestilẽs, de ephemera in putridam conuertatur.

Amplius queritur, cur panni linei, lanei, & huiuscemodi bona mobilia à Peste infecto, quàm citissime inficiantur. Quinimo anhelitus hominis infecti, illico hominẽ sanum inficit ad necem, quòd non facit odor, cuius vis Arseneci, nec vipereum venenum vipere, nec alicuius serpentis, suo serpenti compari. Et tamen homo, homini pestifera mors est. Mirabile quidem dictu, & certe mirabile, quòd homo homini ita sit pestiferum venenum. Et quomodo hoc fit, nouit Deus.

Ad hec dicta, licet occulta, et fortè soli Deo nota sint. Quidam ex nostris ingeniosissimis patriciis respondent. Quorum primus est Magnificus D. Paulus Aluarottus, cum cariss. Collega suo, Lucillo Beraldo ad vtilia digniss. Præsides, necnon Egregius Franciscus Centonus, asseren-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

tes quòd vipera viperæ non est venenũ, nec venenum inferre potest alteri viperę, eo quia venena sunt paria in ambobus. Sed inter hominem sanum, & pestiferum est magna disparitas, obid homo pestifer agit in sanum. Et hęc responsio
" colligitur ex dictis Arist. quarto de phy
" sico auditu. 71. vbi dicitur. Quando
" actio, & resistentia sunt ęqualia, nulla se
" quitur actio, propterea quia actio proue
" nit à victoria motoris supra passum, quo fit vt stante paritate venenorum viperę ad viperam, vna nõ potest agere in aliã. Secus autem est dicere de homine pestifero inficiente sanum, eo quia inter infectum, & sanum est magna disparitas.

Et si responsio sit ingeniosa & valde docta, digna equidem sapientia tantorum virorum, cum omni reuerentia hoc dictũ sit, iudicio nostro. Solutio talis nõ euacuat argumentum. Quippe qui viperæ, & animalia appellata carbones, venenosa sunt, & coeunt cum angiis, & anguilis, quæ non sunt venenosa. Cum hoc tamẽ stat, quòd licet vipera, & carbo sint veneno plena, angie, & anguile priuate veneno, propter hoc vipera, & carbo non inficiunt, nec interficiunt angias, & anguilas, instar facit homo pestilens homi-

nem ſanum, & qu am cit'ſſim è. Hoc autem eſt quòd literatiſſ. Plinius libro ſeptimo, cap. primo dicebat. Denique cętera animantia in ſuo genere probe degunt, congregari videmus, & ſtare contra diſsimilia. Leonũ feritas inter ſe non dimicat. Serpentum morſus non petit ſerpentem. Nec Maris quidem belue, ac piſces niſi in diuerſa genera ſęuiunt. At hercule homini plurima ex homine ſunt mala, & hinc arbitrari fas eſt conflatum adagium, LVPVS HOMO HOMINI, NON HOMO: Adde quod dixit Magnificus Lucilius Beraldus ſe vidiſſe anguem coeuntem cum vna ſua gallina, nec eã interemiſſe. Quinimo gallina illũ diligebat, & è contra anguis gallinam. Amplius in Lacu Peruſino capta fuit vna anguila mire magnitudinis albisſima, quæ dono data fuit Magnificentiſſ. Proceribus Balleonibus, Domini autem illi ſtrenuisſima viſa pulchritudine, vt raritate piſcis, illico expeditis curſoribus, dono data eſt Illuſtrisſimo Duci Vrbini FEDERICO qui tunc Capitaneus meritisſimus erat Confederationis Italicę aduerſus Barbaros, quę ipſo viuẽte ſemper pacifica fuit. Anguila deſignata Scalco, in coquina

poſita

posita est. In termino vnius horę à captura anguilę in lacu Perusino magnus Serpens visus est, currens super aquas, saltans, modo submergens, demum emergens, magno denique cum strepitu ac desperatione lacum cursitabat. Illustriss. illi Proceres de re inuisa admirantes, adiudicarunt Serpentem quærere anguilam (amasiam suam) expeditisq; illico nouis cursoribus, certiorem fecerunt Illustriss. Capitaneum, quòd nullo pacto comederet anguillam, existimantes illam esse venenosam, ex coniectura Serpentis desperati visi in lacu. Quod ita compertum est, nam omnes muscæ coquinæ, quæ ei adherebant mortuæ cadebant, quo fit vt argumentum stet in suo robore, hominē homini pestiferum esse venenum, serpentem verò anguilæ non, nec viperam angiis, nec anguem gallinæ. Esto quòd anguillæ, angiis, & gallinæ insit disparitas in resistendo, quòd expresse patet, quippe hec sine veneno, serpēs, vipera, & carbo cum veneno semper viuunt. Igitur coucludatur quod paritas in agendo & resistendo, nec etiam disparitas in agendo & resistendo, soluit argumentum. Cur homo homini sit venenum, & vipera viperæ non? Sigilantes ergo Quęsi-

tum impresentiarum dicamus cum Ioan-
ne & Iacobo de Dondis: Sigismundo, &
Hieronymo de Polcastris: Petro Apo-
nensi: ac glorioso Petro Trapolino præ
ceptore meo, quòd licet res sit curiosa,
est etiam satis difficilis, & forte non mi-
nus quam Athlantis subire onus, ea pro
pter vna sola existente veritate, heu quã
difficile est illius scopum attingere.
,, Quippe qui maxima pars eorum, quæ
,, scimus est minima eorum quæ ignora-
,, mus. Quandoquidem intellectus noster
,, ad manifestiss. Naturæ se habeat, sicut
oculus nicticoracis ad lumen solis. Idcir
co pro nunc adequatam causam quæsiti
non habentes, ad occultas proprietates
cõfugimus, quæ currunt inter hominem
peste infectum, & hominem sanum. Quę
proprietas non currit inter viperam, &
viperam, sanam vel infectam: inter vipe
ram & angiam: & inter serpentem & an
guilam. Hæc quidem sunt scitu difficilia
quæ forte (& sine forte) nec calamo scri-
bi, neque lingua proferri possunt: & de
hoc non miretur quis frontemq; trahat,
si ad occultas proprietates confugimus.
,, Quippe vt magnus Auerroes dixit. Pro
,, prietates indiuiduorum sunt, quæ red-
,, dunt artem nostram imperfectam.

Ad obiectionem verò acutissimè factam au
,, ctoritate Arist. quarto physicorum 71.
,, vbi dicebatur à proportione minoris in
,, æqualitatis supra resistentiam non pro-
,, uenit actio, nec ab æquali, sicuti viperæ
ad viperam. Respondetur quòd Ari-
stot. dictum verificatur in homogeneis,
non autem in ætherogeneis, sicq; conclu
sum sit qualiter vipera viperam non infi
cit nec interrimit: pariter lupus lupum.
Homo tamen hominem inficit, ac interri
mit, propter quid igitur hoc est, si nõ cur
rit occulta proprietas? soluat Apolo.

Contra hanc responsionem de fuga nostra
ad proprietates occultas Magnifici Do-
mini nostri ad vtilia adhuc instant. Scis
quare homo hominem inficit? Quia ho
mo inter omnia animalia est animal per-
fectius, nobilius, ac sensibilius, obid faci
lius recipit peregrinas impressiones, &
sic facilius inficitur. Sed vipera, lupus, ac
leo sunt animalia imperfecta, ignobilia,
obid non inficiuntur. Probatur autem,
quòd homo sit perfectior quocunq; alio
animali, & inprimis auctoritate poetica,
vbi dixit.

Pronaq; cũ spectent animalia cętera terram
Os homini sublime dedit cœlumq; videre,
Iussit & erectos ad sydera tollere vultus.

Amplius auctoritate Prophete cum dixit.
" Quid est homo, quòd memor es eius, aut
" filius hominis, quoniam visitas eũ. Pau-
" lo enim minus ab Angelis minuisti eum,
" gloria & honore coronasti eum, & con-
" stituisti eum super opera manuum tua-
" rum. Omnia subiecisti sub pedibus eius
" oues, & boues vniuersas, insuper & peco
" ra campi. Volucres cœli, & pisces maris.

Et ergo ratione nobilitatis complexionis, ac intellectus politici homo de facili recipit peregrinas impressiones. Vipera autem lupus, & leo non & hoc ratione ignobilitatis, & spurcissime nature sue. Obid vipera non agit in viperam, nec lupus in lupum, aut leo in leonem.

Contra hanc responsionem sic instatur, semper seruata tantorum patrum grauitate, pro nunc capio hominem, capio & viperam. Certum est quòd homo & vipera non differunt in substantia, corporeitate, aut animalitate: nec vnum magis substantia est quã reliquum. Sed sic est quòd homo lupus, leo & vipera communicãt in substantia animata sensili: quia vnum non est magis substantiata, quam aliud. Quippe qui substantia secundum Philo
" sophum non suscipit magis & minus. Igitur ratione substantiæ, corporeitatis, &

animalitatis æquales erunt in agendo ac resistendo. Ergo nobilitas complexionis nihil ad Rumbum: & de his in præsentia sat sit.

Verum ad diuina verba Dauitica, quæ apud me sunt magnifacienda. Concedo quòd homo ratione igemonici, idest animæ suę sapientis ac ęternę, superat viperam & cũcta animalia bruta. Obid cum cythera sua canebat Propheta, dicens.
„ Quid est homo, quòd memor es eius, aut
„ filius hominis quoniam visitas eum. Pau
„ lo enim minus ab Angelis minuisti eum
„ & cõstituisti eum super opera manuum
„ tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus
„ eius. Sic itaq; anima humana est quę no-
„ bilitat corpus. Et hoc idem dicit euange
„ lium. Quid prodest homini si totum
„ mundum lucretur, anime vero sue detri
„ mentum patiatur. Et ex iis clare patet
quo pacto homo pestilens agit in hominem sanum ipsum inficiendo: sed non
„ agit in animam infinitam. Quippe finiti
„ ad infinitum nulla est proportio. Argumentum igitur sic soluatur, vbi dicitur quod homo perfectior, nobilior, ac sensibilior est. Quocunque animali bruto & propter hoc homo sanus ab homine pestifero inficitur, & vt in pluribus perit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

nagatur hoc esse ab homine inquantum
" homo & vera substantia. Quippe qui à
" substantia inquantum substantia imme-
" diate nullus actus prouenit, dicebat A-
" ueroes 8. metaphisices, propter absentiã
contrarietatis. Relinquitur ergo quod necessum sit confugere ad proprietates occultas. Quando homo sanus inficitur ab homine pestilenti, & non vipera à vipera, nec equus ab equuo. De quibus Hermes Habindimo, caput sapientum
" dixit has formas specificas cum suis pro
" prietatibus à corporibus cœlestibus cau
" sari propter diuersas imagines & figura
" tiones in eis, motu accessionis & recessio
" nis secundum octauam spheram. Et his
" primo Quæsito finem imponimus.

QVæsitum tertium est. Quibus cautionibus & auxiliis possint familiares & astantes ab huiuscemodi morbo preseruari. Transeo de primo ad tertium, vt clariori ordine Quæsita soluantur.

Pro Quæsito dissoluendo dicimus, vniuersaliter loquendo. Quòd suspectus de pestifera tabe, vel est sanus: sed tamen suspectus, vel incipit ægrotare. Si sanus est ne labatur in pestem, à Medico consideretur patientis complexio, si est calida,

frigida, humida, vel ſicca, aut calida & humida: frigida & humida: calida & ſicca: frigida & ſicca. In primis cuiuſcunq; ſit complexionis, quàm citius poterit fugiat locum & aerem peſtiferum, tam vniuerſalem, vbi aer eſſet cōtagioſus, quàm particularē, vt puta Lazaretti. Et in hoc cauti ſint Lazarettum ipſum adeuntes, ne vētus aduerſus eos vapores & aerem ipſius Lazaretti deferat. Quippe ventus
" (ſecundum Ari.) nil aliud eſt quam aer
" motus. Et hoc dictum eſſe volui propter Magnificentiſſ. magiſtratus noſtros (imperio verè dignos) necnon ab ſollicitos Salutis Reſtauratores dominos meos ob ſeruandisſimos Lazaretrū ſępe viſitātes.

Cæterum eò redeamus vnde digreſſa eſt oratio noſtra, quicunq; præſeruari cupit huiuſcemodi cautione vtatur. Primum degat in aere bono, domusq;, & thalami ſint odoriferi & lympidi. Aliquando loca ſuffumigentur igne facto ex lauro, cupreſſo, vel alchytrā, ſcilicet pice liquida. Odoretur ſpongia intincta in duabus partibus aceti, & vna aquæ roſaceæ, vt ſpiritus vitales refocillentur, aere magis indigētes quàm cibo & potu, nec minus odore, quoniam q̄ citisſimè odores cordi ſubueniūt, id affermātes Gal. & Hyppo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Cibaria sint ex optimo pane, carne, auibus & ouis. Vinum laudatur mediocre, album, vel nigrum & potest lymphari cũ aqua cũ ambra. Cœnaq; sit prandio parcior. Adde quod ad frigidum & siccum cibaria cum aceto sunt condienda. Pro salatutio, eruca, acetosa, buglosa, borago, capares, lactuca, & cicoreum cocta. Aspergatur tabula, thalamus, & aula cũ aceto. Quies & motus sint moderati absque sudore. Somnus nocturnus cum vigilia meridiana sumoperè laudatur dũmodo sit moderatus: quia somnus & vigilia vtroque modo magis facta malũ dixit Hyppoc. Quoad animi accidentia, tam infecti quàm suspecti stent læti: & quid sit cras futurum: effugiant quærere. Sex rebus non naturalibus declaratis ad facienda nos accingamus. In primis dicimus si in viis ductuum adest repletio, venter leniatur: cum altero istorum manna, cassia, diassenę, diaprunæ simpl. lenitiuo, catolicone, seu syrupo rosato solutiuo: nec quid crudum moueatur, quippe digesta medicare & mouere non cruda nisi materia fuerit furiosa dicit Hyppoc. Verum si obiiciatur secundum Hyppoc. in acutis si expedit eadem die, differre enim malum est. Respondetur

tur

tur, quod aliud est loqui de ægritudinibus acutis, vbi tota humoralis massa peccat à qualitate manifesta. Aliud de peracutis, vbi mala qualitas peccat à proprietate occulta, ac venenosa fuligo cor contangens patientem illico interrimit, quo fit vt non cum euacuationibus succurratur, sed cum conseruãtibus & instaurantibus spiritus cordis, nec non cum defensiuis, ne cadat virtus, quandoquidem cũ
" cadit virtus, amplius curatio locum non habet. Dicebat Princ. Manuteneatur ergo virtus, ac ei succurratur cum restaurantibus. Quippe, qui viriliter comedũt
" vt plurimum euadunt, dicebat Princ. Adde quod ei succurrendum est cum operantibus à proprietate, vt puta cum terra sigillata, bolo armeno, thiriaca Andromaci, vel Mitridate & saccaro rosaceo, aut violaceo: lenitione facta & cordis restauratione. Digestiuis vtendum, puta syrup; de buglosa, de acetositate citri, oxizacara, cum aquis acetose, boraginis, & scabiose. Interim si clisterio opus fuerit, illud fiat cum iure, saccaro, melle rosaceo, sale, melle violato, & duobus vitellis ouorum: Syrupis assumptis: pro euacuatiuo laudatur manna cun drag. i. rheubarbari infusi in decoctione appro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

priata. Et signo sumpto à virtute, ac vrinę rubedine & crassitudine, in ægritudinis principio, vel augmento, fas est venam basilicam aut mediam secare ad vncias viii. vel x. non autem ad syncopin, vt quandoque fecit bonus Galen. theriaca, ac mithridatica confectio cum saccaro (vt dictum est) vbi opus fuerit exhibeatur, at electuarium de euphorbio. Hic ommitto commemorare triferas, trociscos, de camphora, aliaq; multa, ne in remediis fiat confusio, & multiplicentur entia sine necessitate. Quippe ægritudo hæc non dat inducias.

QVeritur tertio (vt ordinem seruemus nostrum) vtrum febres illæ pestilentes cum maculis, quæ vulgo petecchiæ nuncupantur, sint contagiosæ, & fugiendæ.

Pro notitia huius quæsiti ponitur hæc conclusio. Febres illę pestilentes appellatæ, petecchię à Magnifi. Salutis Restauratoribus cum maculis, non est vera Pestis: fortè Epidimicus influxus in quibusdam corporibus male dispositis ac pręparatis pro tali influxu recipiendo, propterea quòd correlariè infero tales impetigines non esse contagiosas, nec fugiendas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Quamobrem affines & astantes non timeant patientibus lęto animo inseruire.

Sed hic dubitabit aliquis, cùr multi ex hac impetiginosa lue pereant, cum magno fauore quorundam Medicorum, dicentium. Egli è morbo di Petecchie, quoniam pulicum maculas aspiciũt cum sua candelula. Talesq; maculas impetigines vocant. Adde quòd infirmo sępe ardenti febre laboranti exhibẽt mitridaticum antidotum, & hoc transeat cum aliis erroribus, nouit Deus Gloriosus, si in tali febre, ter, & quater, exhibere mitridatẽ, est canonice mederi.

Pro hoc dubio dissoluendo dicimus, quòd multo plures conualescunt quàm pereãt & si multi pereunt, forte forte, quia non „ cuilibet datum est adire Corinthum, nec iuuat in fine Medicum sapientem ac expertum vocare. „ Quoniam principiis obsta sero medicina paratur. „ Cũ mala per longas conualuere moras. Paruus enim error in principio, maximus fit in fine. Dicebat Arist. in primo cœli.

QVęsitum quartum est. Quo iudicio cõtagiosę ęgritudines à principio iudicari posfint, & post mortem pro suspectis haberi. Pro quęsito hoc diluendo, vt da

verbo ad verbum propositum dubium dissoluatur. Dicimus cum tota Medicorum schola. Quòd viso Socrate laborante, magna inquietudine, siti intensa, linguę ariditate ac nigredine, febre continua, necnon vrinis liuidis & iugalibus. Tunc si ęgri facies videri potest, in primis illam pernotabis, si est sibi sano similis an dissimilis. Deinde quia pręuisio est ,, de melioribus rebus, quibus Medicus ,, vtatur, dixit Hyppoc. Iccirco Magnifici & Clarissimi domini Rectores nostri, necnon domini Salutis Prouisores meritò quærunt, quonam iudicio ægritudo à principio contagiosa iudicari potest, & post mortem superstites haberi pro suspectis, ne citra pulueris tactum transeamus. Contagio à principio canonicè iudicari potest, viso Socrate cum symptomatibus supradictis, iterato sæpe videatur ac consideretur vrina, & quidem ,, procul, quippe nedum si iugalis est, ve- ,, rum si aquosa, cholerica, vel melancholica, vt dicebat Auicen. Propterea quod vrinæ talium ægrotantium quandoque huiusce sunt coloris, & talis est vera Pestis. Ob id de vrina non tantum confidat Medicus, sed alia perpendat symptomata: puta si euomit choleram, vel melan-

cholíam, si syncopizat, si sudorem fœtidum emittit, si partes extreme sunt frigide, si adsit bubo in aliqua corporis parte, aut pruna, dubio procul Pestis iudicetur. Adde si extra adest febris quieta, intus perturbans, cum magnitudine & frequentía anhelitus & nausea. De pulsu vero quod sit frequens, paruus, nil ad rōbum: quoniam sapiens Medicus non debet domum aut thalamum ęgroti ingredí, ne seipsum domumq́ suam simili morbo afficiat. Et ex his correlariè infero, quòd tales nedum post mortem, verum & ante mortem suspecti haberi debent. Et demum pariter omnes, qui in domo sunt, atque hí, qui curam patientis habuerunt.

QVatuor quæsitis absolutis sicuti Magnifici Salutis Prouisores iudicandos proposuere Excellentissimo D. Prę posito nostro Ioanni Andreæ Mantuæ. Videndum est nunquid vere pesti insit aliqua spes salutis. Et si salus speratur, quibus remediis conquiratur.

Ad hæc respondetur. Quòd vera peste laborantibus, vtique de nonnullis sperandum est quòd sanari possint. Quippe pos" sibilitas est res ampla dicebat Gentilis de

Fulgineo gloria interpretum. Adde quòd Doctores nostri de ea curam non scripsissent si incurabilis foret, obid non desistendum à rationali cura, prę sertim cum facta erit à viris peritis, & non ab ignorantibus. Sed quibus remediis succurrendum in præsentia discutiamus. Ponamus Socratem patientem in principio, idest in prima die, ad quem vocetur Hyppo. In primis (si eger videri poterit) eius faciem iudicabit. Si est sibi sano similis an dissimilis, iuxta doctrinam suam. Videbit vrinam procul, quæ & si quandoque fallax, vt dixit Auicen. attamen vt in pluribus vera est interrogabit de virtute vitali, si constat vel cadit. Quippe cum cadit virtus non valet curatio. Curans .n. virtus est, non Medicus, & de virtute vitali, pulsus est præco verax, quia nunquam fallit, pulsum autem tangere non est fas, ne Medicus seipsum & alios simul lædat. Ideo procul ab astantibus vltra symptomata superius considerata, de his quoque interrogetur si dolet capite vel dorso, sub scabulis, inguinibus, gutture, aut in alia corporis parte. Quoniam vbi dolor, ibi ægritudo si nauseat, euomat, si lingua arida, nigra, si hypocundria tensa, si mulier est nun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

quid pregans, aut suos menseis viderit tempore congruo. Quoad virtutem animalem, si mente constet. De naturali virtute, quomodo ad oblationes se habeat, si digerit, si vētris beneficium sentit, quomodo dormit, & si anhelitus fetet. Proprerea quod pessimū est signum, fateor, quādoquidem signat quòd in corde, putredo iam est confirmata, & conclamatū. De his Medicus certior factus, si aliqua spes
„ est de infirmo, ad curā se accingat quia
„ melius est cum spe benigna operari quā sine spe ęgrum sinere mori, dicebat Gal. Cognitio igitur Socrate repleto, primum cum clysterio euacuetur, aut manna, cassia, electuario lenitiuo, catolicone vel syrupo rosaceo solutiuo, demum digeratur materia cum syrupo endiuiæ & de acetositate citri oxizacara cum decoctis appropriatis, vel aquis stilatis, scilicet acetose, buglose, scabiose, & quanto citius fieri poterit, lenito ventre secetur vena basilica, aut media, cephalica, vel saphena, constante virtute & ętate secundum iudicium docti & experti Physici, vrinis indicantibus, aut non. Quia cura coacta licet omnia facere. Sanguinis extractio non sit ad syncopin inclusiuè (vt quandoque Gal. fecit) sed moderate, vt

faciebat Auicen. fen. quarta primi. Vbi
„ dixit, in phlobotomia melius est infra
„ subsistere, quàm exquisitè euacuare, quia
„ sanguis est thesaurus vitæ, & pro thesau
ro recordatur. Cæterum quia ægritu
do non dat inducias, mithridatica confe
ctio, vel theriaca Andromaci cum sacca
ro rosaceo exhiberi potest. Mane epiti-
metur cor cum vnguento rosato & spe-
ciebus cordialibus. Renes vngantur
cum infrigidante Gal. aut vnguento ro
sato, si non dormit, prouocetur somnus
cum lotionibus ex foliis vitis, salicis, la-
ctuce, & rosarum in aqua feruefactis, cru
ribus exsiccatis patiens cœnet, & paulo-
post (si potest) dormiat. Sed si in patien
te adsit apostema pestilens, non illico ad
actuale cauterium refugiũ sit, aut aper-
turam cum ferro candenti: sed hirudini
bus apostemati appositis, vbi perforaue
rint & ceciderint, applicetur ibi ventosa
& quoad fieri potest sanguis extrahatur
deinde emplastrum maturatiuum hoc
Montagnane, super folio caulis appona
tur. Recipe radicum altheę vnc. qua-
tuor, cæpe liliorum alborum numero i.
ficuum pinguium drag. ii. florum camo
mille, meliloti an. manip. vnum, farinę
seminis lini, fœnugreci, ordei an. drag. ii.
olei

olei liliorum, camomille, pinguedinis galline, butyri an. vnc. vnam, cœpe liliorum alborum decoctum numero vnum. Pistentur omnia insimul cum radicibus & floribus, ponaturque emplastrum hoc super follio caulis: ac apostemati applicetur calidum. Deinde facta maturatione apostematis vbi opus est apertione, si Chyrurgus haberi potest, ipse apostema aperiat, ne videamur in messem alienam ponere falcem, sin minus sine ferro hunc in modum fiat apertio.

Recipe fermenti acris vnciam vnam, fimi columbini numero quatuor, thuris vnc. vnam, olei camomille vnciam mediam, misce & super apostemate ponatur, apertoque apostemate cum mundificatiuis procedatur inter quos laudatur vnguentum de succo apii.

Amplius vt superstites, qui suspecti sunt præseruentur, talis ordo seruetur, imprimis aer & loca infecta euitentur cito, longe & tarda sit reuersio. Domus & thalami in quibus degunt aceto irrorentur. Aer retificetur cum suffumigiis odoriferis: Igni tegula inflametur, & aqua rosacea cum stirace calamita aspergatur: vel recipe ireos puluerizati vnciam mediam sandalorum scrupulos duos, cinamomi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

integri drag. iii. gariofilorum pul. drag. med. seminum citri, ſtiracis calamitæ an. ſcrup. ii. ponantur in pintula cum aqua roſacea calefiantq; in cameris, & cum exſiccantur, addatur de aqua roſacea in pintula ipſa. Cibariis vtantur bonis, pane, carne elixa vel aſſa, & ouis, piſces, & fructus ommittantur. Vinum pauciferum ſit album, ſeu nigrum. Condiantur fercula cum aceto, agreſto, vino granatorum, vel oximelite. Exercitium ſit moderatum citra ſudorem. Somnus meridianus euitetur, in nocte procuretur. Iocoſam vitam ducant, quoniam mente confortari bonum & bene ſe habere ad oblationes, contrarium verò malum. Dicebat Hyppoc. Amplius quo ad manet ſuſpitio, pilul. Rufi laudantur ex aloe, myrrha, & croco, quæ ſunt penè diuinæ. Sumantur ſingulis diebus mane vna quolibet die cum pauculo vini bene olentis. Verum vt quiſque ſciat huiuſcemodi pilulas eſſe glorioſas, earum compoſitionem ſic verifico.

Aloes eſt ex ſucco herbæ Aloen, quæ naſcitur in India, & alibi, de quo ſucco dixit Meſu. Aloes eſt de ſublimioribus & melioribus medicinis, præſeruans corpora mortua à fortiori, viua.

Crocus omnibus notus, cordialis vltra modum lætificans cor, & sola lætitia indigent suspecti, ideo dicitur remedium præsentaneum.

Myrrha est gumi arboris, quæ in Arabia reperitur, cuius odor est gratissimus, cõsumit cerebri humiditates, præseruat à putrefactione. Obid Maria Magdalena, eam in preciosis vnguentis ponebat: quale fuit cum vnxit pedes Saluatoris. Nec mirum si Iudas proditor dixit. „ Poterat enim vnguentum hoc ve„ nundari plus quàm trecentis denariis, & „ dare pauperibus.

Dosis ingredientium in pilulis.

Recipe Aloes, succo citrini dragmam vnã, Myrrhę dragmam med. Croci scrup. i. fiant pilulę xvii. cum vino maluatico de quibus singulis diebus sumatur vna.

Et hi, qui singulis diebus mane comedunt tria folia rutæ, ficum vnam siccam, & mediam nucem siccam, loco theriacæ, bene faciunt Auenzoar iii. Theysir in infinitum laudat granata muza, damnans aleum & cæpe. Nec quenquam lateat, nunquam satis decantatam ac laudatam terram sigillatam cum bolo armeno ele-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

cto an. drag. med. cum pauculo vino odorato summo mane semel in hebdomada. Est namque præsentaneum singulareq; remedium.

Laudant multi triferam Persicam, mixturas cordiales, epythemata, & emplastra cordialia cum mixturis & sacculis cordialibus, quæ omnia bona sunt: sed vnũ in præsentia considerandum est. Quòd Pestis hæc maligna, quę nunc Paduæ depascitur, non prorogat tempus, quando quidem vna die, duos, treis, vel raró quatuor interrimit. Sapit enim naturam malignitatis Istrię, propterea quia inde Paduam deportata est. Obid cito electis & paucis remediis sucurrendum est. Quippe qui nihil ęgrotanti perniciosius quàm crebra remediorum applicatio.

Amplius laudamus quòd super corde, theriaca Andromaci, aut mithridacei confectio apponatur. Et tale est diuinum epythima. Sunt autem nonnulli qui super corde ponunt sacculum hunc, multum de eo confidentes.

Recipe arsenici, thuris, sulphuris an. vnc. vnam, granatorum iuniperi octo vel nouem, nucis muscatę i. radicum verbenæ vnc. med. herbe sanctæ Mariæ folia viginti, gariophilorum nouem, zinzibe-

ris radicem vnam, corticum narancio-
rum vnc. iii. fiat puluis & ponatur in sac
culo ſerico.

Hic eſt ſacculus magnis à viris laudatus, qui viri nobiles, eſtò quòd maiores eſſent, quàm campanile Sancti Marci, non mihi placet ſacculus iſte, quandoquidem non me lateat, quod arſenicum, & ſi ſub pede poneretur, à proprietate occulta peteret cor ac ipſum inficeret. Sicuti cantarides veſicam excoriant, eſto ꝙ ſub planta pedis ponerentur. Et nouimus aliquas mulieres liberatas à magna ſcabie cum balneatione ex aqua roſacea mixta cum ſolo arſenico, quo factum eſt vt materia ſcabiei retroceſſerit ad pectoris partem intrinſecam, pulmonemq́ ac cor infeciſſe, & ex ptyſi periiſſe.

Nec me latet iſtos Magnificos Viros, contra nos inſurgere, dicentes. O domini Medici, in theriaca Andromaci vos ponitis tyrum, quod eſt animal venenoſiſſimum, & de ea manducatis, & nos tantum ponimus arſenicum in ſacculo, ipſumq́ cordi apponimus, quod minus malum eſt, quàm manducare.

Ad hoc poſſumus reſpondere ſecundum quòd iocoſe dicere ſolebat Trapolinus noſter, tale dubium eiſe argumentum de

balestra. Quoniam in theriaca nos ponimus trociscos de tyro, vt vos dicitis, & hoc concedimus, & tyrus est animal venenosum, hoc quoque concedimus, atquum infertur, ergo lõge peius est manducare tyrum, sicuti facitis vos, manducando theriacam, quàm nos qui tantum ponimus arsenicum in sacculo super corde. Respondetur negando, quòd peius faciamus. Quippe qui res certissima est, quòd tyrus viuus est venenosus, sed priusquam ponatur in theriaca expoliatur suo veneno hunc in modum. Capitur tyrus ac elongatur, percutitur baculo, illicoq; caput & cauda per quatuor digitos abscinduntur, & sic venenum currens ad caput & caudam totum resecatur. Remanetq; caro media veneno priuata, & ex hac tyri carne sic preparata fiunt trocisci de tyro theriacam ingredientes. Falsum igitur est venenum tyri ingredi theriacam. Et pro dictis nostris verificandis operęprecium duxi, descriptionem trociscorũ de viperis, idest de tyro, hic infodere, secũdũ descriptionẽ Princ. quæ talis est. Capiantur viperę in fine veris, minuti ac subtilis colli, eleuati capitis, velocis motus, flaui coloris, fœminæ ex omni latere habentes plures dentes.

Quia masculi habent vnum dentem ex omni latere, nec sint cornutæ, aut varie, ipsisq; captis cito caput & cauda cum ano per quatuor digitos abscindatur, & si mors eius tarda erit bene est. Extrahãtur viscera & proprie fel. Abluantur cũ aqua, sale, & modico aneti, & cũ eadem aqua munda coquantur, vt caro ab osse leuiter separetur, & munda in mortario proiiciatur. Operator odoret balsamum digitiq; eius balsamo liniantur. Et facta contritione misceantur. Fiantq; tortelle ac in vmbra exsicentur, & non in sole. Quia sol virtutem corrumperet. Concludamus igitur quòd in theriaca non ingreditur venenum, sicut in sacculo suprascripto. Quod si sacculus aliquis bonus est non prætermittatur iste.

Recip. speticrum cordialium temperatarũ vnciam vnam, addendo musci, & ambre an. gra. quinque, & fiat sacculus in serico ex chermes. Corq; inungatur cum theriaca vel mythridate.

Amplius, quia in tam sæua ægritudine decies repetita placebunt, Ob id dicta omnia vno pugilo perstringentes. Dicimus quòd siquis pater familias est pestilentia suspectus, primò ad Deum Optimũ Maximum vnum & trinum recurrat flexis

genibus adorans. Causa causarum adiu
ua nos, dignareq́ Domine nobis elargiri
vt mens sit sana in corpore sano: demum
ad Deiparam Virginem cõfugiat, Instar
olim Illustriss. Vrbini DVX Dominus
meus ęternus. Dum esset in castris in obsi
dione Mediolani, ac Cremone aduersus
Hispanos, & Eluecios. Cum altero in ter
ris Marte Ioanne Medices, Aloysio Pisa
no, Petro Pesaro, Guido Rangono, Ma
latesta Balleono, Vitelo Vitelio, cum in
finitis aliis Proceribus. Ego quoque ibi
aderam physicus Inuictiss. Ducis. Qui
singulo die sacra missa celebrata, pro cru
deli peste ab Exercitu arcenda mãdauit
Sacerdoti, vt genibus flexis alta voce
enunciaret, deuotissimum suæ Excellen
tiæ canticum hoc.

VIRGO cœlesti decorata partu
Semper humano generi miserta
Iugiter se se tibi dedicatos
Aspice seruos.

STELLA cœli extirpauit
Quæ lactauit Dominum
Mortis Pestem, quam plantauit
Primus parens hominum
Ipsa Stella nunc dignetur

Sydera

Sydera compeſcere
Quorum bello plebs torquetur
Dire Peſtis vlcere. Amen.

Demum, ad humanam curam ſe accingat, tenendo ſpongiam mundam in manu, infuſam in duabus partibus aceti, & vna aquæ roſe vere & eſtate. Irroret cameras & porticus cum aqua roſa, & aceto. Accendat ignes in cameris bonis non fœtidis lignis, & ſi poteſt ex rore marino, ſabina, iunipero, lauro, cupreſſo, domusq́ue ſuffumigetur odoribus gratis. Singulis diebus mane vero quilibet in domo accipiat vnam pilulam paruam ex aloe, myrrha, & croco, deſcriptam à rufo Auic. & omnibus Medicis. Appellantur autem pilulæ cõtra Peſtem. Pomum laudani Montagnane in manibus delatum laudatur in Autumno, & Hyeme. Aer domus non ſit fœtens ex fimo ſtabulorum, latrinis, aut cloacis, cibus ac potus ſit gratus ex rebus bonis, in ſero parcus, vtendo aceto, agreſto, vino granatorum, ac acetoſis. Euitetur coitus, exercitium ſit moderatũ, ſomnus diurnus euitetur, nocturnus approbatur. Theriaca Andromaci, vel Mithridatis cum saccaro roſaceo ad quantitatẽ dragme vnius,

ſemel in hebdomada ſummo mane. Cor tantundem inungatur cum theriaca, vel mithridate. Facies lauetur cum aqua roſacea.

Item folia ſex acetoſæ cum tribus foliis ruthæ mane manducentur, vel modica quantitas cardi ſancti pulueriz. cum vino odorifero bibatur, ſiue ſcordeon puluer. mandere ſemina citri, vel tenere in ore cedoariam in quantitate ciceris (vt ego facio mane) & meridie, ferẽdo ſpongiam aceto & aqua roſacea irroratam in eſtate. Omnia acetoſa in cibariis approbantur, cedra, arantia, agreſtum, acetum & ſuper omnia granata. Poſtremo hoc remedio diuinoq; antidoto, Oratio noſtra concludatur, & ſigillo muniatur. Mica panis aceto infundatur, aſpergaturq; bolo armeno electisſimo, & quotidie ſummo mane manducetur. Et ſi quis acetum abhorret, balneet micam panis aqua roſacea, vel vino granatorum. Et ſi posſibile eſt habere terram ſigillatam veram, & non adulterinam, id fiat quod dixi de bolo armeno, vel de bolo & terra ſigillata, mixtis offa aſpergatur, ſeu bucella illa panis, & comedatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

PVraram iam dire Pestis quęsitis Colofonem imposuisse. Vbi vltraquam dici possit Egregius Iurecōsultus Antonius Rizatus meritiss. Iudex Maleficiorum Paduæ. Dubium satis curiosum, vtile, nec minus difficile, enodandum proposuit. Vtrum, scilicet existentes in Lazaretto infecti, vt puta, CRVX vespilo, exiens, & in aere bono ac mundo degens, in termino quadraginta dierum expurgarit anhelitum, ac pestiferum venenum. Quod in eo erat in Lazareto, & super curru tractante defunctos peste vt tuto cum omnibus hominibus, mulieribus, & pueris mundis posit hab ere comercium. Et obid dixi, & pueris mundis. Quippe qui pueri, & puellę facilius à Peste capiuntur, quàm iuuenes, aut senes, ea propter maior cura illis adhibenda est, quòd autem pueri, & puellæ citius inficiantur, experientia compertum est, & huiusce rei testes verissimi & grauissimi sunt Magnifici Conseruatores Sanitatis. Verbi causa D. Hieronymus de Campo sancti Petri, Gaspar Fabianus, Diomedes Soncinus, Matheus Cumanus, Iulius Citadela, Iacobus à Sole, Baptista de Doctoribus, Antonius Rustiça, & Alphonsus Musatus. Sæpis-

ſime enim viderunt Magnifici iſti Sanitatis cuſtodes, quòd pueri & puellæ erãt primi defuncti, propter eorum imbecillitatem, parentes vero cum vicinis, dicebant illos à vermibus necatos, & tamen Peſte perierant.

Verum his omiſſis, ad principale Quæſitum redeuntes, dicimus. Quòd ita fama eſt, ac vbique volitat, quemlibet peſte infectum, ſi in termino quadraginta dierum degit in aere mundo, vel in domo propria ſane, liberum illi eſſe aditum ac neminem inficere poſſe. Et huic fame videtur Ariſto. adſtipulaſſe in libro de
„ ſomno & vigilia: cum dixit. Impoſſibi
„ le eſt famoſum ſecundum totum eſſe fal
„ ſum. Hoc eſt famoſum, quòd terminus quadraginta dierum ſit præfixus pro liberando quocunque ſuſpecto. Ergo non eſt falſum diſcurſus notus apud Logicos, & Philoſophos. Igitur quadrageſimus dies pro liberando C R V C F, à Lazzareto non eſt falſus, quinimo ab omnibus approbatus.

Sed contra hanc famoſam opinionem dubitatur, & in hoc quis non me damnet
„ de arrogantia. Quippe omnis contradictor imprimis cum eſt ſuper veritate, eſt excuſatus: dicebat Auicen. fen. quar

ta primi, & cum eo Turrisanus secundo regni. Dico igitur nullum sacræ Medicinæ famosum auctorem, quem viderim diem quadragesimū, in hac re creticum declarasse, seu limitasse. Et quod vidimus experientia in Magnifica Ciuitate Eugubii, vere testamur. Vidi, vidi ipse libelle de Anno M D X X V I I I. in gloriosa Ciuitate Eugubii, & comitatu Pestis vagabatur, quæ imprimis nutu Dei Benedicti, nec non prudentia Illustrissimi Ducis Vrbini, ac Clariss. Physici Federici Pamphylii, tunc Confalonerii, mei obseruandissimi Præceptoris, in vrbe Romana. In totum sopita ac extincta est, sorte datum quòd quædam mulier Ioanna nomine de Colonis Magnificorum Comitum de la Branca, febre affecta pestifera cum apostemate in inguine in quindecim diebus à febre liberaretur, duro remanente edemate in inguine, & esto quòd quinque de familia sua Peste perierint, ipsa conualuit, potens in solitas operationes, vbiq; vagabatur, Anno vero sequenti M D XXVIIII. de Mēse Aprilis acceptis pullis cum vno edo petiit Eugubium, illos portans in vno canistro super capite (de more Romandiolæ) & vendidit, in reditu indo-

fuit apostema inguinis, ingressa domum posuit se in lecto, & die sequenti Peste obiit, cum tribus de sua familia, & quibusdam vicinis. Ecce quomodo Ioanna per tercentum dies Peste affecta hinc inde vagabatur. Adagiumq; Romandiolæ tunc verificatum noui: vbi quis alteri nimis fastidiosus est, ei dicitur, và che
" tu sei peggio che la Peste à Ogobio.
" Hoc volui dixisse, ne Domini mei obseruandissimi, sic pro certo habeant quadragesimũ diem esse euangelium, vt quisq; liberetur. Reliquum est soluere Aristo. auctoritatem. Impossibile est famosum
" esse ex toto falsum, & fama, quam om-
" nes famant non ex toto perit. Respondeo concedendo, quòd vt in pluribus quadraginta dies est terminus liberationis, cum hoc tamē stat, quòd regula non sit vniuersaliter vera. Quandoquidem omnis regula patiatur exceptionem, sicuti dicunt Domini Iureconsulti, & bene, amplius hoc sic probatur.

Diem, scilicet quadragesimum non esse ex toto diem certum liberationis cuiuscunque, qui peste fuerit affectus, aut qui longeuo steterit in Lazzareto assuetusq; illi aeri pestifero, per regulam illam posterioristicam. Si de quo minus videtur in-

esse & inest, & de quo magis, sed minus videtur quòd Pestis steterit in Ioãna per tercentum & vltra dies occulta, quàm in CRVCE vespilo per quadraginta dies, & tamen experientia compertum est, eam stetisse in Ioãna per tantum tempus. Ergo quadragesimus dies non est semper tutus ac præfixus, vt quilibet liberetur. Et in promptu causa est, si CRVX Lazaretista in aere pessimo Lazareti, tractans cadauera pestifera, vestes, & lectos sane viuit. Quid mirum vbi stat in aere saluberrimo per quadraginta dies, si tutius vitam ducit? Sic itaque conclusum sit apud me quadragesimum diem non esse proprium effectum per suam causam à priori demostratum. Quinimo oppositum compertum fuit in Ioanna villica Vgubina, quæ per annum sterit pestilens, sicut superius declaratum est.

Amplius nouissimum Quæsitum satis curiosum, & forte non minus vtile fas est impresentia dilucidare. Quippe qui die quarta Nouembris 1555. Paduæ dum Sacratissimi Corporis CHRISTI procesSio celebraretur, gratięque Deo Optimo Maximo redderetur, sic annuentibus Reuerendo Episcopo Gerardo Bus-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

drago Lucensi, Magnificentissimo Pe-
tro Mauroceno, Religiosissimo ac San-
ctissimo Vincentio Dedo, cum nobili-
bus ad vtilia deputatis (Antenoreæ Vr
bis suæ cordatiss. Protectores) pro dira
peste fugata à fidiss. Ciuitate nostra. Ma
gnificus Paulus Aluarotus meritiss. ad
vtilia prouisorum, & ego insimul gra-
diebamur processionaliter. Obiter ꝑ in
hos sermones incidimus. Quis qualisúe
respectus sit habendus Nouilunio, Pleni
lunio, cæteris syderibus, ac motibus su-
percœlestibus, eo quia dixit magnus Hy
„ pocras. Est aliquod cœleste sydus in
„ quo oportet Medicum præuidere, & Pe
„ ripatheticorum pater Aristo. primo me
„ theororum cap. quinto. Totus iste mun
„ dus continuus est lationibus superiori-
„ bus cœli, vt tota virtus eius inde guber-
„ netur, Si sic est inquit generosus patri-
tius, multum apud me sunt in considera
tione motus Lunares, Solares, & Cœle-
stes pro liberandis suspectis veræ Pestis:
& potissime Plenilunium, eo quia Luna
mater humiditatum ipsa existente plena
certum est tunc esse in culmine humidita,
„ tis. Sed secundum Aristo. Humiditas
mater putrefactionis existit. Ergo in ple
nilunio Luna longe maiorem influet hu
miditatē

miditatem & putredinem . Ergo tunc corpora omnia paratiora putredini erũt & ad necem quam in quocunque alio tempore, & potissime corpora pestifera, iccirco, quantum in me erit semper pro liberandis suspectis volo quòd Plenilunium prætereat per tres & quatuor dies. Hæc fundate dicta optumi ac Magnifici Deputati Aluaroti considerans, nefas ad iudicaui calamo parcere, quin paucula hæc adnotarim.

Quæritur ergo vtrum superna luminaria possint in hæc inferiora per influxum manifestum, vel occultum, vt inde bonum, aut malum eueniat.

Pro Quæsito diluendo impresentiarum dicimus duas esse famosas opiniones, quarum prima est Illustrissimi Pici, Mirandulæ Comitis, dicentis, Tantam insa-
» niam continere Astrologiam & cœlestes
» figuras, vt ad ipsam insanus non accedat
» Orestes: nec delirans Epycurrus. Quam
» indignam putauerunt Plato, Aristo. &
» Pythagoras. Democritus vero dicere so-
» lebat, Ante pedes nemo spectet, aut cœ-
» li scrutetur plagas. Astrologia enim om
» ni recto iudicio profligata ipsam pruden
» tissimi Legum latores exterminarunt,

" & doctissimi Philosophorum confuta-
" runt, & viri diuini ac sanctissimi abomi-
" nati sunt. hæc magnus Picus. Existima-
uit enim Excellentissimus Picus Lunæ
coniunctiones, oppositiones, & syderum
motus considerare: esse vetularum fabel-
las, & surdo narrare comœdiam.

Hæc opinio licet sit tanti Comitis, ac inter natos mulierum rarissimi. Non ita approbatur communiter. Quippe in oppositum est fama vulgi, multorum sapientum, & forte huic adstipulatur Aristot. dictum primo metheororum vbi dicit.

" cit. Totus iste mundus continuus est
" lationibus superioribus cœli, vt tota vir
" tus eius inde gubernetur. Adde quòd se
" primo Ethicorum dixit, Fama, quam
" multi populi famant non ex toto perit.

Supponentes igitur quòd sydera coniunctio & oppositio Lunæ in hæc inferiora multum possint, sicuti experientia docet "
fas est opinionem quorundam damnare "
qui nil curantes coitum aut oppositio- "
nem Lunæ, nec Stellas ipsas, sed tantum "
confidentes in suis suffumigiis, quæ sunt "
ipsis secreta, quia non vident libros, nec "
sciunt literas, idcirco secreta sua, sunt se- "
creta trouantulorum. Aduertant igitur "
Domini Sanitatis conseruatores Lunam "

Solem, ac influxus cœlestes, nec in quartadecima die liberet suspectos, & exemplo omnibus sit curia Contarena Venetiis ex cita licentia data suspectis, nouit enim miser Mirani Castrum, periculoq; suo didicit quantum iacturę fuerit ei intempestiua suspectorum liberatio, cuius perditionis causa maligni Lazaretistæ suadentes Magnificis Senatoribus sanitatis liberare debere suspectos ante debitum tempus, & quia mentiri nescio, librum si malus est nequeo laudare. Rimarum etenim plenus sum hac illhac perfluens, me mutire nefas hoc adiudicaui. Inquiunt nonnulli Lazaretistę moderni, quòd & si ipsi degant in Lazareto, ibiq; scribant literas & faciãt literis illis suum quoddam suffumigium, illico litere expolianrur aere pestifero, & tuto à non infectis possunt legi, & quòd plus est ipsis exeuntibus ex Lazareto (aere infectissimo) facto suo suffumigio sibi ipsis, & vestibus, talis infectio illico recedit, possuntq; securissime cum sanis habere comercium, at si quis est qui hoc sibi persuadeat ac credat in ortulo suo plantetur hoc porrum aut cępe, in ortulo autem meo nolo quòd plantetur. Et contra opinionem istorum Lazaretistarum est

longa esperientia patrum nostrorum, qui limitarunt omnes peste vere suspectos per quadraginta dias contumaces esse debere & sequestratos, ante quam degant cum hominibus mundis, nec capit intellectus meus quartũdecimum diem, aut vigesimũ esse dies tutos, & cum omni reuerentia dictum sit vix quadragesimus. Nec non longe magis nego, ꝙ suffumigium factum ex laudano, thymiame, thure, mastice, mirrha, sabina, calamo aromatico, bacca lauri, belzoi, terebinto ac styrace, posse in instanti peste infectum insimul eum vestibus liberare, & qui hęc dicit, mihi videtur assimilari dictis illius Ceretani, qui Paduæ prope turrim prætoriam in angulo follarum, prædicabat se daturum gratiam Sancti Paulli contra omnes viperas, tractans multas ex illis, quas habebat in vna piside coram populo. Captaꝗ; vna ex his viperis eam applicauit linguæ suæ. Bona autem vipera illico venenum impressit, qua eleuata subito lingua, caput, colum, pectus ac totum corpus conflatum est, sincopizans bonus Trouantulus, delatus est in aromatariam bursę. Miser inꝗ; dies vltra miser Ceretanus vsus omnibus suis remediis, cum sua disgratia, in termino quinꝗ;

horarum phaselum Charontis pertransiuit. Nec Medicus Tollentinus, cum Soncino Mithridate, & Theriaca adhibita quidquam potuerunt afferre auxillii. Pari passu dicamus de Zurmatoribus iis peste desiderantibus. Quippe platea vini, aut iustissimæ Sancti Marci columnæ, erunt illis delitiosus lectulus. Quando-
" quidem lento gradu ad vindictam sui di-
" uina procedit ira, tarditatemq; supplicii
" grauitate compensat.

Reliquum est diuinam opinionem Magnifici Pauli Aluaroti, ad vtilia meritiss. Præsidis describere, quæ talis est, sydera, motus Solares, & Lunares suis influxibus in hæc inferiora possunt & agunt, præcipue plenilunium super miseris peste affectis. De quorum infortunio semper consideraui, considero, ac considerabo, ne liberi â charibdi, cadamus in sylam. Quippe plus in hoc expendere id nobis parum est. O generositas tanti Ciuis nunquam satis laudata: Semper igitur oculum habeamus ad plenilunium non neglecto nouilunio, cum sit quòd cæteris Planetis propinquior nobis existat Luna. Fas est ergo semper habere Hybocraticum dogma ante oculos primi pronosticorum septimo, vbi dici-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

,, tur. Est aliquod cœleste sydus in quo ,, oportet Medicum præuidere. Nec non ,, Arist. primo metheororum. Necesse est ,, hunc mundum inferiorem superioribus ,, lationibus esse contiguum, vt omnis vir ,, tus inde gubernetur. Quam diuam opinionem sequuti sunt omnes Patauini nostri, pręcipue Conciliator, Marsilius, cum Galeacio Sancta Sophya, Ioannes, et Iacobus de Dondis, Sigismundus cum dilectissimo filio suo Hieronymo de Pol castris, Bartholomeus Montagnana, Sauonarola, & gloriosus Petrus Trapolinus preceptor meus, amplius quantum possint, Sol, Luna, Planetę cum ceteris syderibus in istis inferioribus.

Testatur qui vere nouo circũspicit orbem.
Tot sata, tot syluas, prata, vireta, iuga.

Testantur marinę aquę fluxu, refluxuq́ suo pisces, volucres, & quęque animalia bruta, sed longe magis homo rationis particeps. Microcosmos dictus, idest paruus mundus, qui Luna plena affatim humiditatibus abundat, & id quod vidimus testamur. Scollasticus quidam Iurista nobilis Vincentinus Padue grauiter vulneratus in sincipite, in die nouilunii ante

cœnobium Heremitarum. Delatus in domum nobilium de Vitalianis, pro Physico Diuus Petrus Trapolinus vocatus est, pro Chyrurgo Andreas Morandino. Cui craneum erat incisum cum dura matre, satisq; amplum vulnus erat. Craneum tunc à cerebro tãtum distabat quòd Chyrurgus cum bombice exucare poterat duram & piam matrem faciliter vndequaque. Demum crescente Luna, cerebrum adeo increuit, quòd in plenilunio craneum videretur continuum durę matri, & vix vulnus mũdificari poterat. Deinde decrescente Luna decreuit cerebrum. Chyrurgusq; vndequaque vulnus abstergebat, & hoc vidimus. Quoad nobilis Iuuenis sanatus est. Ecce quantum possunt supercœlestia in istis inferioribus, & qui hoc negaret, negat sensum. Negare autem sensum propter rationem est infirmitas intellectus, secundum Arist. Cerebri autem crementum, & decremẽtum huius vulnerati, iudicio meo aliam causam non habet, quàm plenilunium, et nouilunium, at si solutio nostra non euacuat quęsitum (dubium hoc soluat Apolo.)

Verum nonnulli pestiferi sunt ore rotũdo asserentes multas Ciuitates à peste libe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

raſſe cum ſuis ſuffumigiis. Rodon, ſcili cet, ac Conſtantinopolim multaq; expe rimenta ibi feciſſe, quòd ſi vera ſunt, no runt Antipodes. Hoc bene dixero veri tatem cõtinere, quòd ad pauca reſpicien
" tes de facili anunciant, teſte Ariſtotele. Multa enim promittuntur, quid nocet promitere, adagio dicitur. At ſi ſcanda la veniunt veh illi per quem ſcandalum venit. Quippe expedit vt mola aſinaria ſuſpendatur. Caueant ergo ne demergã tur in profundum maris. Illi qui perpe ram operantur, quia non in ligno aut in
" corio opus exercetur, ſed in corpore hu
" mano nobiliſſimo, dixit Gale. primo af foriſmorum: Nec eamus inficias, ſuffu migia Recentiorum non miraculoſiora ſunt, quàm Hyppocratica. Quum Græ ciam liberauit à dira Peſte introducta ab exercitu Artaxerſis. Græcie autem libe ratio cum nemoribus combuſtis, non fu it in quatuordecim aut viginti diebus, ſed per longas ebdomadas, & menſes. Er go moderni Lazaretiſtæ decipiuntur, quando dicunt cum ſuis ſuffumigis in in ſtanti purgare literas ſcriptas in Lazare to, ac veſtes ſuas, vt valeant cum ſanis ſe cure practicare. Dicamus autem nos cum antiquis noſtrs ſapientibus Medicis

& Diuo

" & Diuo Hieronymo, quòd omnia tempus habent, & suis spaciis transeunt vniuersa sub Sole. De experimentis Rodianis, si miraculosus suus colloxus impresentiarum staret. Longe altius loqueretur, quàm Romæ Marphorius, aut Pasquinus. Concludamus igitur suffumigia Recentiorum esse truffas, vt dicebat Trapolinus, corona Sapientum: at illi, quibus in infinitum Ciuitas nostra obnoxia est: ob eius à Peste citam expulsionem imprimis sunt Deus Gloriosus Optimus Maximus, Magnificẽtissimus Petrus Mauroceno, cũ sanctissimo Vincentio Dedo Vrbis Rectores integerrimi, accedentibus ad vtilia nobilibus Deputatis, ac Præsidibus restauratoribus sanitatis: qui strangulatis pessimis pestiferis, diram Pestem vltra Sauromatas fugarunt.

Postremo ad auctoritatem & rationes magni Pici, cõtra Astrologos liceat respondere. Imprimis præmissa debita reuerentia tanto Principi, cuius nomen & doctrinam Philosophorum Academia veneratur adorat, nec sat scitur quod apud omnes præpotẽtius dubium emergat, quàm si tanto Principi literæ, an tantus Comes literis ornamento sit. Dicamus ergo

ad argumenta Illuſtríſſimi Domini (vt dicebat Peretus Pomponacius Mantuanus, cum Glorioſo Petro Trapolino, quòd maxumus Picus, vt infinitam doctrinam, ac diuinum ingenium ſuum mundo panderet, Romæ propoſuit diſputandam Apologiam treſdecim queſtionum, & vt Aſtrologos peſſundaret. Sic placuit ei ſcribere contra ipſos (eſto quòd forte aliter ſentiret.) Quippe qui negari non poteſt, cœlum, & aſtra multum inclinare hominem, & cætera animantia, non tamen neceſſitare, ob id dicitur. Sapiens dominabitur aſtris, & hoc eſt quòd Doctiſſimus Picus diſputauit contra aſtrologos.

Demonſtrauitq; hominis intellectum, longe nobiliorem eſſe cœlo, ac aſtris.

HAEC sunt Antenoreæ Ciuitatis Magistratus Illustres, quæ mihi impresentia dicenda occurrunt de pestifera lue Anni M D LV. A qua Magnus Altitonans, Sanctissimum S. P. Q. V. sua infinita bonitate præseruare dignetur deuotam sibi Patauinam Vrbem. Nobiles & plebeos, in posterumq́ue paupercula Ciuitas nostra sana sit, donec singulos fluctus formica marinos ebibat, & totum testudo perambulet orbem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4842/A/1